Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



omniemq; pinguedinem renes et renum calos et adeps eorum super altare in holocaustum. Sed quare hec offerunt et adolent. Quia hijs carnis superbie hijs in luxuriam omniemq; turpitudinem mulier et corruit. Unde alibi dicitur. Pinguis factus est dilectus et recalcitrauit. Deoq; et apls in commessationibus et ebrietatibus nos esse prohibet. Iremq; carnis curam non fecerunt in desiderijs. Et no lite inebriari vino in quo est luxuria. Hec est igitur causa cur omnis corporis nrs pinguedo vellatur incendatur et destruatur. Dum enim iejunijs attenuatur corpus pinguescat aia intereunt ui aa fitq; sacrificium deo acceptabile. Renes uo atq; renum cali ideo immolantur qm ibi est luxurie sedes. Unde et dns ait. Sint lumbi vrri cincti. Omnia igitur hec adolere debent. Sed ubi. In cordis altari. De corde enim exeunt cogitationes male. Accendatur igitur cor igne sti spiritus ut refugiat ignis uitioq;. Dicamus cum psalmista. Cor mundum crea in me deus. Colligamus et ligna colligamus exempla sorum qualiter uixerunt et deo seruierunt qualiter iejunijs et uigilijs omnem corporis pinguedinem attenuauerunt in mente habeamus. Hec enim ligna si in cordis nrm altari accensa fuerint omnem nociuam pinguedinem abolere et adolere poterunt. Sequitur.

Psalmus

Si agnum obtulerit coram dno. ponet manum super caput ut crime sue que immolabitur in uestibulo tabnaculi testimony. fundentq; filij Aaron sanguinem eius super altare circuitum. et offerent adipem et caudam totam cum renibus et cetera ut supra. Adipem autem de agno et capra intelligatur quod modo supius de bubus exposuimus. In boue enim doctores. In agno innocentem aliquem et simplicem. In capra uo peccatores intelligimus. Siue igitur bouem siue agnum siue capram aliquis offerat ponat manum super caput uiciime sue coerceat superbiam carnis sue. immolet eam castiget et affligat. Hec autem uiuera tabnaculum. Qui enim ab ecclia longe est nullum eis sacrificium nulla abstinentia nulla carnis macerato prodest. Deoq; omnis bestia ad tabnaculum dua uiuentur ibiq; sanguis eius fundetur. Hec autem a filijs Aaron. Ergo filij Aaron nos credunt nrm sanguinem fundunt nos a peccatis abluunt. filius enim Aaron ille est qui aut. Mortificate membra uiua que sunt super terram. Iremq; mortui enim estis et uita uiua abscondita est cum eo in deo. Sed quare peccata nra super altare fundunt nisi ut igne consumantur. semperq; in memoria habeantur. Quomodo et aur adipem renes omniemq; pinguedinem sacerdotes offerant superius dictum est. De cauda uo q modo offerri debeat saluatore nrm ostendit dicens. Qui pscuerauit usq; in finem hic saluus erit. Sequitur.

Omnis adeps dni erit uiue premio in generationibus et cunctis habitaculis uris. Nec adipem nec sanguinem omino comedetis. Cum enim sit adeps bonus et adeps malus. quomodo omnis adeps dni erit. Bonus enim adeps quo et anima pinguescat et uiuere suscapit. De quo et psalmista. Piaue adipe iniquit et pinguedine replcatur aia mea. Salus adeps quo caro incrassata superbit. De quo et dicitur. Prodiit qi ex adipe iniquitas eorum. Omnis tam adeps domini erit. qm et adeps aie dno fuit. et adeps et carnis dno offertur. Offertur autem ut incendatur et destruatur. Cum enim in cordis sartagine adeps frigitur. cum peccatorum conscientia et caro affligitur tunc adeps a carne auferitur et dno offertur. Sic igitur omnis adeps dni erit. Non comedatur sanguis quia in ipo peccatum non comedatur adeps quia in ipo peccati causa significatur. Super altare uo offeratur adeps in cordis contrito et humiliato. omnis nociua pinguedo incendatur et destruatur. Hec enim est quod aut. Adipes quibus pecus adtolitur et pinnule iecoris offerentur super altare. Sed qm pinnule iecoris. Iecoris namq; dest equus pinnule sanguinis coagulati et mortui simultudinem habere uidetur. Sanguis igitur et forma sanguinis super altare ponitur ut non solum peccatum sed et peccati species omnimodo destruatur. Sequitur.

Locutus est dns ad Moysen dicens loquere filijs isl. A ia que peccauit per ignorantiam. de bostia et unusquisq; mandatis dni que fieri prohibita sunt ut non fierent. quipiam fecerit si sacerdos qui est unctus peccauerit delinquere faciens poplm offerat pro peccato suo uitulum immaculatum dno. et adducet illum ad hostium tabnaculi testimony. ponetq; manum super caput eius et immolabit eum dno. Mannet quoq; de sanguine uituli infferens illum in tabnaculum testimony. Quod enim per hunc uitulum significetur cui sanguis infertur in tabnaculum per pontificem ipse apls exposuit dicens. Quorum enim animalium infertur sanguis in sancta per pontificem. horum corpora cremantur extra castra. ita et ihs ut sanctificaret per suum sanguinem poplm extra portam passus est. Necesse

Anima caiphas ihs uulgata et pilatus. Iuxta ne moriatur et stultus non mortiatur